




ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



CHARTREUSE d'ERFURT

✻ Mont-Saint-Sauveur ✻

(PROVINCE D'ALLEMAGNE INFÉRIEURE)

Traduction des passages allemands de la Chronique de LOTLEY

im
 ind
 Alm
 Bo
 Pisp
 Wa
 das
 Qua
 D
 im
 He
 Ga
 de
 hi
 pr
 d
 in
 " s
 " li
 pr
 " a
 " J
 " A
 " lo

3

immig " G. n. 1. p. 121
 nder Klingen " v. n. 2. p. 121.
 Almenau " v. n. 3. p. 121.
 Bocksgarten " v. n. 4. p. 121.
 Gispersleben " v. n. 1. p. 123.
 Waschleben " v. n. 1. p. 124.
 das Ketzehäuslein " v. n. 2. p. 124.
 Quartiermeister " v. n. 1. p. 126.

Dicit vestris sacerdotibus, monachis et monialibus, ut in suis claustris maneant, nihil
 in mali ipsis continget, si que dicam sint facturi " v. n. 1. p. 127.

Nos fratres: Johannes Arnoldi Prior, Johannes Weltz Procurator, Leonardus Ebert,
 Henricus Kirchhoff Senior, Philippus Hunkel, Michael Dulcken Sacrista, et Jacobus
 Gabell Conuersus, publicis hisce literis tanquam iuramento promittimus atque spon-
 demus coram S^{ts} Trinitate: nullo modo nos, nec verbis nec machinationibus prac-
 ticisque nec opere, neque clam neque publice, quacumque humana fraus excogitare et inuenire
 posset, contra suam Regiam Majestatem et Suevia Regimen, atque cum his confe-
 deratos et eandem fidem profitentes molituros et conaturos, vel qualicumque ratione
 infensos inimicosque nos ostensuros: sed potius erga suam Regiam Majestatem et
 supra nominatos ^{durante bello} nos fidos, amicos et ad officia paratos exhibituros, et neque papa-
 li neque alio iure vel privilegio nos ab hoc dispensari curaturos. In fidem huius pro-
 pria manu subscripsimus et sigillum nostri monasterii apponi curavimus. n. 1. p. 129.

Loco et in absentia Celsissimi Principis et Domini Domini Wilhelmi Ducis de
 Saxonia, Julich, Cleve et Bergi, Landgravii de Thuringia, Marchionis de
 Meissen, Comitis de Mark et Ravensberg, Domini de Ravenstein huc deputati
 locumtenentis a Celsissimo Principe et Domino Gustavo Adolpho, Suedorum

„ Gotthoum Vendorumque Rege, Magni Ducis de Finlandt, Ducis de Ersten et Caelen
 „ Domini de Ingermanlandt — ;
 „ Nos, Georgius Ludovicus, Comes de Loewenstein, Dominus de Scharffenell,
 „ Tribunus militum etc omnibus notum facimus, graves allatas fuisse
 „ querelas, quod vice Salve-Guardia in hujus civitatis monasteriis et
 „ claustris collocata suis continuis ingressibus egressibusque magnas
 „ molestias monachis attulerint imo eos in officio divino impediverint.
 „ Idcirco volumus vi nostra plenipotentia et scientes persuasi, hac Regia
 „ Majestati summopere displicere, volumus has vias Salvas-Guardias
 „ in Monasterio ad Parthusiam dicto solutas et sublatas. Contra vero
 „ precipimus omnibus ^{um} ~~superioribus et inferioribus~~ ^{ordinum centurionibus} hic comorantibus sub gravi
 „ pena, et inferioris ordinis militibus sub poena castigationis et capitis, ut
 „ abstineant ab ^{omni} invasione ingressuque in hoc monasterium, et ut nullo modo
 „ neque diu neque noctu personis Ordinis in divino officio aliisque negotiis
 „ persolvendis molestias et impedimenta creent, nedum ut ibi hospitia
 „ deducant, et eorum bona fortunaeque diripiant vel violent, quantopere cuius
 „ libet intererit effugere supradictam displicentiam et penam. Addeque patet
 „ Regiae Suae Majestatis expressa intentio et voluntas. Officialiter sub apposito
 „ cancellariae principis secreto et manu propria facta subscriptione.
 „ Sign. Erfordii 23. Jan. an. 1632. — n. 1. pag. 130. 131.

- „ Schwoegenfeld n. 1. p. 132
- „ Kayserfoheim n. 2. p. 133
- „ Duderstatt n. 1. p. 133

„Protectionales Litterae Sua Regia Majestatis Suedorum.”
 „Summus exercituum praefectus, Dei gratiâ Wilhelmus Dux de Saxonîa, Jülich,
 Cleve etc. - omnibus notum facimus, hujus civitatis duo monasteria, cunctaque
 „claustra et personas religiosas Ordinis et omnia ad eundem clerum pertinentia
 „sub protectione clementissimâ ac tutelâ Sua Regia Majestatis suscepta et
 „collocata esse adeo, ut nulli alii magistratui nisi Summæ Majestati vel specialiter
 „ab ipsâ ad hoc deputato sit potestas, nominatos clericos citari, advocari, eorum
 „bona fortunaeque sive intra sive extra urbem sita, contributione, servitiis,
 „al aliis belli oneribus nedum militum collocatiōne et aliis oneribus personalibus
 „aggravandi et ipsorum proventus, de quibus hucusque contributiones solvere
 „debuerant, retinendi, nemo etiam in officio divino eos deturbet, nec in domibus
 „neq; in publico foro ignominia vel molestiâ afficiat, sed in eo statu, immunitate
 „te et in iis privilegiis serventur, in quibus Sua Regia Majestas et exercituum
 „summus praefectus Dux Wilhelmus de Saxonîa eos conservandos esse statuerunt,
 „in posterum etiam eorum bona integra serventur atque in omnibus
 „locis competentes intradae ipsis absque recusatione exhibeantur, quæ
 „cujuslibet intereat inevitabilem penam et iram Sua Regia Majestatis evitare.
 „Pro rato sub Sigillo-secreto Principis. Segn. Erfordii 29. Julii 1652.

Regia Majestatis Suedorum Consiliarius et Residens ibidem,

Alexander Esken.

(L. S.)

19. 136. n. 1. Hochhaufs

p. 142. n. 1. Cellissime ac magnificentissime Rex!

Pro Tuæ Regiæ Majestatis faustissimo regimine ac saluberrimâ prosperitate
 continuas et ferventes fundimus preces.
 Cum anno precedente Regia Tua Majestas victrice hujus urbis factâ occupa-
 tione nobis sicut ceteris e clero et catholicis benignissime promittere dignata
 sit, ut in libero religionis exercitio, in vitâ ac disciplinâ monasticâ absque
 omni perturbatione permanere nobis liceat, certe tantâ nobis regiâ gratiâ
 exhibitâ (pro qua per totam vitam supplices agimus gratias) nullo modo
 adversa nobis timenda esse existimavimus, presentim cum tam prompti
 contributiones ad militarem fiscum Regia Tua Majestatis solverimus,
 ut quæ nihil mali nobis contingere posse videretur, nihilominus
 non possumus non humillimas ac supplices querelas deferre ad Regiam
 Tuam Majestatem, quod ante trimestrum absque omni datâ culpabili
 causâ e nostra Carthusiâ expulsi et alii e clero, quibus ipsis viæ neceperunt
 panis supererat, alendi traditi eramus. Quapropter magnâ etiam laboramus
 penuriâ eorum, quæ ad vivendum necessaria sunt, et prok dolor spectare debemus
 quomodo exiguis penus in Carthusia nostra relictus ab aliis consumatur et
 dissipetur, et quamvis instantissime petierimus, ut claustrum nostrum fere
 destructum sedem in statu quo nobis restitueretur ad officium divinum pera-
 gendum, tamen effectum petitionis non potuimus hucusque obtinere. Jam cum
 persuasum habeamus gesta hæc Regia Tua Majestati, quæ est magnanimitas Tua,
 omnino displicere, cum dato a Te promisso prorsus adversentur: audemus Regiam
 Tuam Majestatem suppliciter obtestari, ut tristissimum nostrum statum animo
 benignissimo considerare dignetur atque statuere, ut nostra proprietates nobis tandem
 restituantur et nos in hac possessione imperturbati relinquamur.

cont.
 " Pro
 " omni
 " Tat
 " et
 " q. p
 " a
 " mus,
 " Carth
 " tio,
 " runt,
 " caus
 " Ast
 " Nam
 " mus,
 " siliu
 " dissi
 " et n
 " inop
 " palam
 " est ig
 " tem
 " tutu
 " gesta
 " hujus
 " Cum
 " temp

ant. d. pag. 143

O. M.
 „ Pro hac vero gratiâ nobis præstata quotidie preces ad Deum fundemus, ut Regia Tue Majestati
 „ omnem exoptatam felicitatem ac regiam prosperitatem concedere dignetur.

Datum 7. Nov. ann. 1652 Obedientissimi ac humillimi, Fratres Johannes Arnoldi Prior,
 et ceteri conventuales nostra Carthusia.

d. pag. 145. n. 1

„ Domini Domini Nobiles, Honorificentissimi ac Sapientissimi! Quin fusius expona-
 mus, recordabuntur benigne Dominationes Vestra, quomodo ante longius jam tempus nostram
 Carthusiam derelinquere jussi et coacti fuerimus — ad aliquot tantum dies putabamus ini-
 tio, et quæ vestri deputati postea in nostra Carthusiâ nobis absentibus faciendâ existima-
 runt, in nostrum emolumentum et contra adversarios nostros factum esse credidimus et
 causis allatis acquiescentes et promissis confidentes certi eramus de mox futurâ restitutione.
 Aut proh dolor res omnino aliter evenit ad maximum animi nostri consternationem!

Nam promissis haud impletis nos per medium jam annum e nostrâ Carthusiâ exulare debe-
 mus, et interim copia, quæ adhuc restabat, vini, fructuum, cubiculorum lectrumque uten-
 siliis diversæque suppellectilis, imò vestes sacre et pulchra bibliotheca, consumpta
 dissipata et vastata sunt; nos autem hucusque impedimur in divino officio peragenda
 et in nostrâ religiosâ disciplinâ servandâ, magnâque rerum ad victum necessariorum
 inopiâ pressi aliis e clero et ipsis egentibus oneri sumus; insuper a viris fide dignis
 palam nobis edicitur, nullam esse spem recuperandæ nostræ proprietatis. Jam ^{vero} ~~vero~~ non
 est ignotum Vobis Dominis honor. ac sapient. ^{sub modo} (in conventionem inter Regiam Suedorum Majesta-
 tem Dominum nostrum benignissimum et inter regimen ^{Gallicum} ~~Francicæ~~ pactâ expresse sta-
 tutum ^{ut esse ut} ~~est~~ omnia, quæ catholicam Religionem spectant, in omnibus locis a suâ Regiâ Ma-
 jestate occupandis in statu quo relinquenda ^{antur} et servanda ^{entur} esse, sicuti in occupatione
 hujus urbis præsertim quoad totum clerum iterum statutum et promissum fuit.
 Cum conscientia nostra testetur, nos, quamvis in uno alterove accusamur, nullo unquam
 tempore contra Regiam suam Majestatem eique conjunctos aliquid perpetrasse, imò.

ad pag. 146. 147.

nostram ad belli onera contributionis partem sat magnam et 3000 talerorum
summam excedentem prompte semper soluisse et in reliquis etiam subjectos obe-
dientesque nos exhibuisse: plane non intelligimus, cur Regia promissionis ad-
expressa in re tanti momenti gratiam per fas et nefas amiserimus, dum in us levi-
oris momenti rebus, in quibus forte accedamus, nec auditi multo minus convicti
minimeque condemnati fuerimus. Nos ergo de facto e nostra possessione distur-
bati sumus, et cum clerici illi, apud quos in summâ egestate comorabamur, et ipsi
egentissimi non amplius nos sustentare valeant, nil restat nisi ut ad ^{summam} rerum omnium
inopiam redacti, non absque ignominia nostri status sacerdotalis, et a pueritia ad
hoc non educati nec assueti, utpote christiani honesto genere oriundi, et erga hanc
civitatem omni semper humanitate et officiositate affecti, — tanquam mendici
oberrare et tandem plane interire cogamur. Persuasi sumus, Dominationes Vestrae
H. N. et S. hunc rerum statum perspicientes, non permisuras rem ad extrema
relictis in, sed benigne decreturos, ut non amplius clericis egentissimis alendi
relictis tandem in nostro claustro iterum restituamur et omnibus necessariis
sustentemur. Postulat hoc conventio inter utrumque regimen facta, postulat
et aequitas ipsa. Nos autem erga Dominationes Vestras H. N. et S. obstrictos habebimus
et Nobis ad initium et exitum felicitatis anni omnem divinam protectionem
et exinde profluentem prosperitatem apprecabimur.

Datum Eriordii 22. Jan. anno 1633

V. D. H. N. et S. servi

Frater Johannes Arnoldi Prior, Frater Johannes Welly Procurator,

q. p. 150. 151. n. 1.

Domine illustrissime ac clementissime!

In maximâ constituti calamitate cogimur omni cum submissione querelas nostras exponere. Ante dimidium circiter annum bello inopinatè plene exorto e monasteriis nostris discedere iussi sumus spe nobis factâ de mox futuro reditu. Post petitionibus multis et instantibus incassum prolati contrarium omnino experire debuimus, et loco restitutionis promissæ maximâ cum consternatione rescivimus, Senatium hujus civitatis honorificentissimum sub titulo donationis a sua Regiâ Suedorum majestate facta, omnia monasteria, claustra et collegia sibi vindicare et nullo modo nobis reditum in illa concedere velle nisi reversalibus ^(Vide N. I) valde iniquis a nobis subscriptis. Jam vero nos de hac prætentâ regiâ donatione cum Senatu disputare renuentes profitemur potius nos pro facultate nostrâ ad omnia ipsi grata desiderataque obsequia paratissimos. Attamen in re tanti momenti religionem et conscientiam concernente audemus Dominationem Tuam illustrissimam attentam facere, Regiam Tuam Majestatem non tantum in conventionibus cum regimine Franciæ initâ statuisse, ut omnia quæ catholicam religionem attinent, in statu quo re-
linguantur, sed etiam in victrice occupatione hujus civitatis benignissime promississe, fore ut nos e clero in nostro esse conservaremur; hinc cunctus clerus hujus civitatis datis ab ipso reversalibus juramento confirmatis in specialem protectionem Suae Regiæ Majestatis transiit, quæ omnia Celsissimus Dux Guilielmus regius delegatus litteris protectionalibus (Vide N. 2) confirmavit et ad omnium notitiam in publicis tabulis promulgari curavit. Imo clerus cunctus in contestationem debita devotionis et obedientiæ ad Suae Regiæ Majestatis peculium bellicum prægrandem pecuniâ summam 30,000 Talerorum excedentem contribuit, ad quam summam nostram partem paratissimi semper contulimus, Bonâ etiam conscientiâ coram Deo et hominibus secundum veritatem testari possumus, nullo unquam tempore nos contrarium aliquod reversalibus nostris et contra Regiam Tuam Majestatem eique confederatos nec verbo

nec scripto, neque consilio neque opere egisse. Cum vero nihilominus de contrario accusari videamur et propterea talibus afficiamur, quae datis gratiosis promissis plane repugnant, perspicacis Dominationis Tuae intelligentiae perpendendum committimus, num coram Deo et nostrâ religione, ordinumque religiosorum confratribus et coram posteritate excusari mereamur, quod si tam injurias accusationes nobis iniuri nosque in perditionem agi permitteremus. Certe ad defensionem jure natura licitam cum omni reverentiâ agendam cogeremur, praesertim cum Ordinum monasteriorumque in hac civitate ruina etiam catholicae religionis ruinam secum traheret. Et revera jam conspicimus, per praesuras nobis illatas populo confessiones deponendi occasionem arreptam et juventuti indisciplinatae scholam et catechesim interclusam esse, quae omnia sane regiae promissione repugnant. Ad haec regio Franciae legato nuper hic comoranti nobisque odiosam incusationem objicienti innocentiam probavimus (ut ex adjecto N. 3. patet), idque obtinuimus, ut in discessu suo benignissime nobis insinuaret, magistratum nostram in statum pristinum restitutionem sibi pollicitum esse, ast hucusque nihil actum nec reversalia suspensa. Hisce vero reversalibus consentire eorumque tenore magistratui fidem promittere conscientiam aliosque officis obligati prohibemur. (Ceterum fidei juramentum Regiae Suedorum Majestati a nobis factum hucusque nondum est solutum). Insuper supradictum Monasterium S. Petri a Francia Regibus ante mille annos fundatum multisque redditibus ubertim dotatum fuit, adeoque - praetermissis omnibus aliis causis - saltem ea hac ratione senata antequam quid de hoc monasterio ageret, intimare hoc prius Francia Regi debuisset, ejusque et Fundatoris consensum impetrare. Dignetur jam Dominatio Tua, suppliciter rogamus, haec omnia benigne perpendere et secundum aequitatem & justitiam decernere, ut regiae promissione datâ ac iterata minimeque revocata nos protegamur atque post tam longum exilium et tam multas tribulationes tandem in nostra monasteria et collegia ea integre restituamur, quibus precibus promissionem jungimus, nos ea omnia quae gloriosae memoriae Regiae Majestati spondimus, deinceps etiam servaturos esse.

pag
Domin

etc

Joann

Frater

pag. 1

" Pate

" sed

p. 154

" duo

pag.

Domin

elapso

uti b

exerc

pro t

erga

memu

tum

ut ve

quid, q

concep

nos, a

tatis c

quid n

s. r. t.

pag. 153. n. 1. (Continuatio) ,
~~Domine illustrissime ac clementissime~~ Dominationi Tuae illustrissima apprecantes
 etc. Datum Erfordii ²⁵ 15 Febr. an. 1633.

Joannes Henningius Abbas S. Petri. Frater Joannes Arnoldi Prior Carthusiae.
 Frater Michael Methi Wolkringer Prior Lugast. Joannes Colinus Sacerd. Societ. Jesu.

pag. 154. n. 1. ^{Tibi}
 "Pater, non possum hoc ~~tibi~~ suadere, neque suades, nec ~~valde~~ nec possum huic consentire",
 "sed perpende votum tuum professionis, et quae Deo et Ordini promiseris"

p. 154. n. 2.
 "Quod si mihi senatus sapientissimus officia talia offerret, valde in animo pensitarem".

pag. 154. n. 3.
 Reversus. Nos infrascripti contestamur, Consulem et Magistratum civitatis
 Dominum nostrum benignissimum, Claustro Carthusiae a Regia Suedorum Majestate
 elapso mense Octobris ipsis donato, eo qui in donationis libello contentus est modo,
 uti licere; eos etiam paratos esse, ut nos hujus Ordinis nunc presentes personas in
 exercitio religionis imperturbatos reliquant et sufficiente sustentatione, quantum
 pro tempore et statu presenti Carthusiae possibile est, provideant, - dumodo nos
 erga eos et civitatem obligatos agnoscamus hocque beneficium grato animo esti-
 memus et juramenti loco manu oreque spondeamus: 1 nos erga H. H. Magistra-
 tum et communem civitatem semper fidos ac devotos permanfuros, neque permiffuros
 ut vel a nobis ipsis vel ab aliis in claustro vel extra claustrom excogitetur vel agatur
 quid, quod damnum vel nocumentum quovis modo afferre possit; 2 benigne nobis
 concessam habitationem et alimentacionem in claustro nullis modo interpretaturos
 nos, ^{et} ac si magistratus vel minimum de donatione cedere nobisque iterum de proprie-
 tatis ac possessionis jure aliquid concedere intendisset, nosque nec clam nec publice ali-
 quid machinatos vel facturos, quod in damnum et nocumentum predictae donationis
 essentialissimum acavis modo cadere possit.

3. nos prefectum in claustro a magistratu institutum nullo modo in sua administratione ac procuratore, quam vi officii sui exerceat, impedituros esse, neque rem aliquam ex claustris bonis et redditibus nobis vindicatos vel sine speciali scientia et permissione magistratus aliquid exacturos, nullum contractum inuros, multo minus aliquid abalienatos vel ex claustro ablaturos, et sigillum hucusque usitatum quam primum tradituros nosse esse in civitatis custodiam,

4. respondemus, nos quantum in nobis est, operam auxiliumque duros, ut inventarium de claustris bonis mobilibus et immobilibus et scriptis tabulisque publicis integrum completum reddatur et in claustris et communis civitatis emolumentum conservetur.

5. ad id intentos nos fore, ut propter alimentacionem accipiendam et emolumentum magis claustris superior ejusdem bona claustris conservet in statu debito ac integro, et si quid defectus appareat, magistratui inspectionis gratia statim indicet, ut ne minimum quidem negligatur, sed omnia cum ratione et emolumento administrantur.

Qua omnia nos fideliter impleturos esse, manu fide data coram dominis ad hoc deputatis comissariis magistratus juramus atque simul profiteamur, nos si contra haec scienter vel dolose quid ageremus, ex ipso habitacionis et sustentacionis emolumento priuatos esse. In fidem hujus subscripsimus has literas reversales. Datum Erfordii 11. Febr. 1633.

Q. Pag. 156. n. 1:

Ex literis reversalibus a h. h. Senatu hujus civitatis Erfordiensis ad Priorem et Conventuales Ordinis Carthusiensis transmissis perspeximus, quomodo h. h. Senatus vi. protenta donationis dominium sibi asciscat supra claustrum Carthusiae simulque paratus sit ad admittendos conventuales in idem claustrum sub certis tamen conditionibus, quibus supradicti Ordinis conventuales assentire atque literas reversales subscribere debeant. Conventuales supradicti ad obsequia erga Senatum parati non reticent, se puncta in reversalibus contenta

perpendisse et maximi momenti gravissimæque consequentiæ agnovisse, est aliud omnino jure expectarunt, restitutionem nimirum in statum pristinum ante omnia eventuram secundum promissionem Regia sua Majestatis gratiosissimam imò et juxta ipsius Senatus multoties datam spem restitutionis. Sed etiam si puncta supradicta talia non essent, adque Conventuales utpote meri administratores claustrum deciduam resolutionem definitumque responsum dare nequeant, sed quæ ad Ordinis sui Superiores determinatim referre debeant; necessarium sane ante omnia est, ut ad debitam informationem predicta Regia donationis copia publica auctoritate confirmata simul transmittatur. Cum h. h. Senatus ipse non tantum æquum et necessarium judicaverit, ut supradictæ donationis exemplar tanquam unicum prætente occupationis fundamentum conventualibus Ordinis exhibeatur, sed etiam ad originale donationis scriptum ostendendum paratum se dixerit; preces instantes eo diriguntur, ut hoc exemplar nunc ad supradictum finem benigniter exhibeatur, ut debita notificationes fieri, et conventuales in claustrum suum restituti Officium divinum iterum peragere possint. Ad omnia erga Senatum obsequia parati... sign. Erfordii 14. Mart 1633.

p. 160, n. 1. "Quomodo ipse ego in causâ, si quis mihi epistolam mittens me roget, ut alio mitterem, quin argumentum ego scirem, neque suspicarer, ego certo transmitterem."

p. 163, n. 1. "nos a h. h. Senatu ita tractandos fore, ut nulla querimoniæ causa esset."

p. 164, n. 1. "A Venerabili P. Priore Carthusia sæpius jam sufficienter instructi sunt, Carthusianos suam in claustrum restitutionem postulare, atamen quia transmissas litteras reversales subscribere renuunt, h. h. Senatus eos in claustrum redire permittere non potest."

P. 164. n. 2.

Nobiles, Honorificentissimi etc Domini! Quibus fusius exponamus, status nostri vere me-
 serendus Vobis, h. h. Domini, satis notus est. Jam recordari dignentur Domini, quomodo non
 tantum antea diversis vicibus sed etiam nuper coram Regia Majestatis Franciae Legato
 vobis certam spem promissionemque dederint, omnia ita compositum iri, ut nulla conque-
 rendi causa superesset: quapropter non potuimus non certissimo sperare promissionum
 effectuorem nos secuturam, ast maxime cum animi dolore perceperimus, h. h. Senatus
 in executione litterarum reversalium omnino persistere, alioquin non tantum restitutio
 in claustrum sed etiam necessaria alimentatio nobis deneganda foret. Sicut jam antea
 scripto declaravimus, nos ex causis et motivis expositis nullo modo assentiri posse literis
 reversalibus, — quod a h. h. Senatus delegatis intelligi voluit ipse Dominus Legatus au-
 thenticum suum, qui delegatis quidem ad eius intercessionem declaravit, restitutionem
 in claustrum ad aliquod tempus adhuc dilatandam esse, interea vero vobis opte-
 ritabitationem et necessariam alimentationem nobis subministrandam esse —
 et nunc a nostra resolutione recedere non possumus, iterumque in mentem
 evocamus, Regiam Suedorum Majestatem. 1^o non tantum in occupatione hujus
 civitatis, sed etiam multo antea, cum pactum iniret cum Franciae regimine, solemniter
 et promississe, catholicam religionem omnique ad eam pertinentia, absque discrimine
 pacifice vel violente occupationis, in suo esse conservanda fore; 2^o eandem prom-
 missionem hic loci coram multis principibus et comitibus ^{certe} secundum eundem tenorem, quae
 in compactatis continetur, in bonum cleri hujus civitatis renovasse; 3^o posthaec
 clerum in defensionem protectionemque suam suscepisse, idque ut ad omnium notitiam
 perveniret, in publicis tabulis affigere promulgari curasse; 4^o ad haec omnia
 clerum intuitu hujus regiae tutelae promissae ad belli sumptus satis magnam pecun-
 iae partem, summam 30,000 talerorum excedentem, contribuisse, ad quod etiam nostrum
 utem debito tempore et modo dedimus. 5^o nos, ut satis notum est, nullo unquam facin-
 orum t

ad pag.

hanc gra-
 Majestat-
 et data
 rebus r-
 liceret.
 scription-
 ipsoque
 exhibitu
 dixerunt
 matis n-
 quo tend-
 Reversa
 Reversale
 dandam
 Francia i-
 universi
 ita multo
 hac prae-
 de hoc ju-
 haud igno-
 rum quid
 altem par-
 bene et ma-
 honor
 vstrum t-
 suad tem-

est gratiosissima tutela indignos evasisse, ex quo solo conjiciendum, Regiam suam
Majestatem sane ne minimum quid precepisse, quod huic sue notissima fortitudini
data semel promissioni quocummodo adversaretur, presertim in tanti momenti
rebus religionis et conscientie, quod ne cogitare quidem de sua Regia Majestate
cogeret. Porro ipsi sapientissimi Senatores fatentur, literarum reversalium sub-
scriptionem solum in donatione a Regia Majestate proprio modo facta fundari,
isique absque ea nullam in hac re jus esse, adeoque originalis scripti de donatione
rehibitionem equam et necessariam esse ad eamque ostendendam ipsi se paratos
esse. Nam necesse est ante omnia, ut ex inspectione Regia hujus diplo-
matis nos informaremus, non tantum super ipsa facta donationis, sed etiam
ostendat, quis ejus sensus, et consequenter num et in quantum puncta illa in
reversalibus contenta a nobis exigi possint. Quales sane existimaremur, si (etiamsi
reversales haec conscientie non contraherent) ad tam temerariam et dementem subscriptionem
impelli nos sineremus, et consequenter ea, quae inter Regiam suam Majestatem et
nostrum regimen in emolumentum Religionis catholicae in genere et in speciali in bonum cleri
universi hujus loci pacta et ordinata sunt, tam facile, quantum in nobis est, dimitteremus et
multis aliis nostrae conditionis praesudicium levi animo crearemus: cum tamen, quae
in contenta donatio de facto sit, plane ignoremus et absque ostensione hujus documenti nullum
hoc iudicium ferre possimus, quod eo minus a nobis exigi potest, cum ipsis Senatoribus id
ignorantibus consensus noster solus, utpote qui tanquam veri administratores ne mini-
mum quid de jure Ordinis cedere possimus, frustra daretur et ad acquisitionem alicujus juris
imperium conduceret. Adeoque iterum instantem petimus N. H. Senatores, ut haec omnia
et mature considerare, a postulatione nostra subscriptiones, quam officium prohibet,
honor et fides omnino desistere et tam saepe jam expetitam admissionem in claustrum
tandem concedere dignentur. Quod si vero, quod non speramus, haec admissio ad ali-
quod tempus adhuc differenda, esset, voluit de hoc rebus hujusmodi memoriam esse et ad hunc

sustentationem & alimentacionem necessaria providere. Nos etc. etc. Datum
Efordii 30. Martii 1633.

Ad pag. 167. n. 1. " Senatum multis negotiis occupatum rem perpensurum et resolutis,
rem definitivam suo tempore ad nos transmissurum, nos vero propter hoc negotium ne
accedamus Senatum.

Ad pag. 168. n. 1. " Senatus placere, ut D. P. Leonardus Ebert (erat autem etc.)
in claustrum transferatur, rem cum administratore claustrum D. Rudolpho Grauma
quoad victum et sustentationem jam esse compositam, posse nos eum in claustrum
adducere, quandocumque placuerit, quod vero reversales attinet, a nobis exponenda
quid in his nobis displiceat, duo ex nobis ad curiam veniant, ut ipsis documentum
originale Regia donationis ostendatur, quoad alimentacionem vero, cum claustrum
omnino sit spoliatum et nulli adsint redditus, Senatum plane nescire, unde nobis
haec subministrare possint.

Ibid pag. 171. n. 1. (Litera fidelitatis etc)
Nos in praescripti Carthusiae Efordiensis Prior, Procurator ceterique conventuales
contestamur, Senatum hujus civitatis honorificentissimum, postulationibus ac so-
licitationibus verbo et scripto frustra adhibitis, nullo modo nobis concedere velle
reditum in claustrum, equo ante dimidium jam annum ad tempus discedere coacti
examus, nisi literis reversalibus a nobis ratificatis, quod facere cum conscientia nobis
prohibeat, restitutio nostra tam saepe ex postulato hucusque in suspensio manet.
Ne vero interim necessaria sustentatione privemur, supra dictus Senatus
non tantum domum ad monasterium B. V. Mariae pertinentem pro habitatione
nobis assignavit, sed etiam necessariam in eadem sustentationem subministra-
turam promisit. Nos vero promittimus ac spondemus, ea qua pars est fidelitate
semper civitati addictos fore ita, ut neque verbo neque opere, nec clam nec publice, nec
per nostros nec per alios aliquicui moliri vel agere velimus, quod in damnum et nocu-

mentum Senatus et civitatis hujus cedere possit. In testimonium hujus nos
has literas proprio manu subscripsimus, Datum Erfordie 6. Maii 1633.

Fr. Johannes Arnoldi, Priori Carthusiae, Fr. Joh. Welz Procurator, Fr. Michael
Dulcke Sacrista, Fr. Jacobus Labell, Conversus.

n. 1. ad pag. 173. Relatione fide dignâ Senatui factâ, Patrem Priorem Carthusiae
jam in adventu Regiae suae Suedorum Majestatis ex Bibliotheca optimum ornatum
et imprimis duas res pretiosissimas, S. Nomen Jesu nimium margaritis adornatum et
documenta manuscripta in terrâ defodisse vel alibi abscondisse: adeoque seris ad
monetur idem P. Prior ut eas patefaciat res, nisi secundum leges secum agi velit.

n. 2. ad pag. 173. hac verba: „juramentum a nobis deponendum fore, adeoque propi-
ciendum esse salutem animarum nostrarum.“

n. 3. ad pag. 173. „Honorificentissimus ac Eruditissimus Doctor Georgius Thiel nomine Senatus
Priori Carthusiae hujus heri intimavit, quomodo Senatus resciverit, ipsum Priorem mox post
adventum Regiae suae Majestatis Suedorum laudatissime memorie, ex Carthusiae Bibliothecâ
optimum ornatum, imprimis vero duas pretiosissimas res, nomen Jesu nimium margaritis
adornatum et monasterii documenta manuscripta in terrâ defodisse vel alibi abscondisse,
simul admonitus fuit Prior, ut vel indicaret locum, ubi haec omnia aservata sint, vel
paratus esset ad severiora. Ad quae idem Prior, ad obsequia ceteroquin paratissimus, haec
respondet: „Cum Senatus jam saepius sufficienterque informatus fuerit, quibus ex mo-
tivis et causis Prior ejusque Consentuales in monasterii sui occupationem tanquam
in rem juramenti Deo et Ordini factis, simul et Regiae suae Majestatis declarationibus
directe adversantem nullo modo consentire possint —; cumque ipse Senatus audito
nostra retractationis causis a postulatione, ut litteras reversales supradicti subscribe-
rent, destiterit, dataque ab ipsis promissione fidelitatis quietam habitationem et
sustentationem in loco ubi nunc comorantur, promiserit et concesserit —; cumque
nuperima postulatio et contradictionem cum datâ Regiâ promissione et omnes

possibiles consequentias importet, quibus omnibus consentire et ita conscientia reos se facere nequeant : ex officio et per Deum obtestantur, ut talibus postulationibus et praesertim talibus accusationibus in posterum non amplius exagitantur, simulque pro nunc et pro semper definitive declarant, potius ad extrema se paratos esse, quam ut vel minimum ab officio suo discedant. Ceterum parati semper ad omnia obsequia Senatus grata etc. - - signant etc. - -

Ad pag. 175. n. 1.

Quod insinuationem nomine Senatus a Sua Excellentia Patri Priori nostro nuperime factam attinet, cum nimirum duas pretiosissimas res, S. Nomen Jesu margaritis ornatum & pictum et documenta manuscripta in terra defodisse vel alibi abscondisse —, alienum plane et minus ipsi hoc videri, neque se ullo modo in hoc puncto reum esse, — Senatum non secundum veritatem sed false informatum fuisse, — se omnino nescire, quo res e bibliotheca decesserint, cum ipsi ea improvise e claustro discedendum fuerit, — se ~~non~~ videre delatorem, cui rei probatio incumberet.

..... ad pag. 175. n. 2. „ Cum in eâ affirmatione, nihil nos scire de rebus scire, persistamus, debere se hoc in nomine Dei dominio suo nuntiare, — se ex sua parte in hoc casu argumentum de minori ad majus dedisse, — nandi clauso dominum Rudolphum Graumann sibi nuntiasse, aliquam e claustris Cothurnos, alium vasculum argenteum (in quo sacrum oleum conservabatur) una res abscondita erant, secum abstulisse, — se inde conjecisse (certe non inaniter), rebus tam parvis absconditis eo magis res magnas esse absconditas.

Ad pag. 175. n. 3. Nos infrascripti Monasteriorum Domina Nostra ac S. Severini conventuales, quibus Amplifsimus ac Sapientifsimus hujus loci Senatus promisit libertatem et exaltitium Religionis simul etiam protectionem nostraeque habitationis perceptionem, prebendas, beneficia respective parochiales redditus in sua immunitate relicturos se ac conservaturos esse, — spondemus atque juramus coram Deo, nos Almae Suedorum coronae ejusque in hoc bello confederatis regni statibus, imprimis civitati Erfordensi addictos et fideles, hujusque loci Senatui obedientes semper permansuros, eorumque emolumentum & proventum pro posse promoturos, et contra omne noxamentum, damnum, periculum praepedituros, — nunquam contra ipsos, multo minus contra Suedorum coronam ejusque confederatos consilio, pacto vel facto aliquid molituros neque alios, ut tale quid faciant, adjuvatores, — porro omnia suspecta et contra supradictas Dominationes directa conventicula atque attentata declinatos, et si quid tale ad aures nostras pervenerit, statim hac de re Senatui admonituros, auctores vero a talibus abducturos, simul vero impense collaboraturos, ut almae Suedorum coronae ejusque confederatis, Senatui atque civitati huic neque per nos neque ~~per alios~~ directe neque indirecte aliquod periculum, noxamentum vel molestia causetur, multo minus talia molimina argumentis ex jure canonico vel civili allatis excusaturus, neque defensores assertum, quod clerici jureamento civili auctoritati facta vel us facto, qui alterius sunt religionis, non obligentur; sic Deus nos adjuvet atque sancta Eius Evangelia! ... etc. signat: etc. . .

Ad pag. 179. n. 1. Rem ita se habere, uti jam Fratri Jacobo dixit, nimium se non amplius posse nobis alimentationem prestare, cum redditus omnino deficient; imo se jam ex proprio plus quam 400 florenos expendisse, ut evidenter ex calculis confectis videndum, ne nequaquam in malam rem ipsi interpretari posse, si dehinc non amplius de suo solvat impensas. Ad quae respondi, ne nullo modo ab ipsis hoc requirere posse, neque me

suum agendi modum in malam partem accipere; se velle me totam rem Senatus scripto exponere ab ipsoque responsum expectare, quid in hoc casu nobis faciendum. Ad quae respondens rogavit, ut rem ad aliquot adhuc dies transferrem; se hodie jam curiam adiisse rationem deposi-
turus, et ob nuptias domini Joachim Gerstenberger tribuni militum nihil potuisse conficere, sed iussum se finitis nuptiis iterum compa-
rere; se tunc optime nostri memorem fore et responsum nobis datum.

ad pag. 180. n. 1. nam cum frater ille nonnullas res necessarias, ut instrumentum et farinam pro hostiis conficiendis et paululum saponis postulatus Carthusiam adisset, gubernator Carthusiae ipsi respondit, se nihil amplius dare possit, cum nihil plane adsit; duo dolia cum cerevisia adhuc superesse, nihil vero aliud, nos tantummodo apud Senatum conqueramus, quo citius eo melius. Et ita frater absque rebus questis rediit.

Ad pag. 181. n. 1. P. T. Domini precibus meis comendatissimi etc. Ante duos annos (ut P. T. Dominis satis notum est) ego et subditi mei conventuales absque omni culpa nostra e Carthusia nostra expulsi fuimus, dato quidem nobis solatis futurae mox restitutionis, si literas reversales a Senatu nobis exhibitas subscripserimus. Ex causis gravissimis nullo modo potuimus nos religiosi subscriptionem dare, sed placuit P. T. Senatus in subscriptionis postulatione persistere, nobisque data a nobis fidelitatis promissione domicilium quoddam ad monasterium B. V. Mariae pertinens ad habi-
tandum concedere et alimentacionem necessariam promittere. Nos vero frustra adhibitis reclamacionibus hac concessione contenti esse debuimus, qua etiam hucusque ita fieri potuimus, ut accedente benefactorum aliorum liberalitate

sustentationem nostram necessariam invenerimus. Ast miramur, quod administrator Carthusie a Senatu institutus dehinc ex pretextu impro-
 bilitate alimentacionem nobis exhibere reuocat. Quod data nobis promissa
 oni plane contrarium est. Et perpendat quasso P. T. Senatus, nos per occu-
 pationem Carthusie contra regias protectorales litteras omnipennu vini
 et frumenti omnibusque aliis ad sustentationem necessariis rebus ~~plane spo-~~
~~liatos esse~~, insuper redditibus per illos annos ad alios usus adhibitio omnino
 spoliatos esse, ita ut facta etiam repentina restitutione, tamen deficientibus omnibus
 rebus ad sustentandam vitam necessariis, male de nobis ageretur, si promissa alimen-
 tatio nobis nunc subtraheretur, quod injustum ~~est~~ ^{foret} eo magis, cum P. T. Senatus redditi-
 bus monasterii fuerint ^{eosque} ~~quos~~ publica ^{autoritate et vi} ~~coactione~~ ^{potuerit} ~~trahere~~ ^{potest}. Adeoque
 certo speramus a Senatu aliam omnino resolutionem dandam fore, quam quae admini-
 stratori placuit; quod officialiter etiam expectamus, cum periculum in mora sit, et
 interim P. T. Senatus sospitatem Deo enixe commendatam habemus. Datum Erfordii
 G. Martii 1635. Frater Johannes Arnoldi Prior Carthusie, Fr. Michael Dalcke Sacrista,
 Fr. Jacobus Labell Conuersus.

Ad pag. 184.

n. 1. Lieb herr zu unser Zeit, uns Menschen friedt

Zu ewigkeit.

n. 2. Grofs, grofs al deren Engel freudt,

Wan sünders büffen üben reu.

n. 3. „ se nihil amplius nobis dare posse, ... nos iterum conqueramus... ”

n. 4. „ se nihil aliud nobis dare posse, nisi cerevisiam et panem quousque adsit... ”

Ad pag. 185. n. 1. se sufficienter ad manducandum et bibendum nobis dedisse; si vero quid largiatur, nos hospites invitare et epulas facere --
n. 2. fateri se debere, nos nullo modo sustentari posse ex iis, quae ipse nobis subministret, nisi etiam alii homines ad hoc conferant.

Ad pag. 185. n. 3.

P. T. Senatores etc. ... Nostras querelas de subtracta nobis licet promissa alimentacione Amplissimus Senatus ex supplicatione nostra d. d. 6. Martii perspicere potuit. Cum vero post toties iteratas promissiones, post varias a nobis factas sollicitationes ac preces nullam hucusque definitivam resolutionem, imo ne insinuationem quidem causae, cur ita male de nobis agatur, neque quid Senatus agere cogitet, rescire potuerimus, quamvis alimentacionis negotium moram non patiatur: jam nunc certo speramus, P. T. Senatum dehinc non amplius in contradictione cum sua data promissione nos derelicturum sed post tantam exhibitam patientiam tandem aliquando materatum et benignam resolutionem nobis submissurum. Interim nos ... etc.
 Datum Erfordii 14. Maii 1635 Fr. Joh. Arnoldi Praes. Carth. Fr. Michael Dulci Saccista, Fr. Jacobus Sebell Convorsus.

Ad pag. 186. n. 1. „Tomino magistratus litteras nostras supplices perlegit sequenti die iterum compareamus, auxilium nobis fore...”

Ad pag. 187. n. 1. „Camerariam Amplissimi etc. Senatûs pro ejus et civitatis carthusiâ 10 florenos ex redditibus in ratione ponendos solvisse, testatur inprescriptus d. d. ¹⁹/₉ Maii an. 1635. - a Senatu ^{electus praes.} ~~positus administrator~~ Rudolphus Graumann

ad pag. 188. n. 1 P. T. Senatores etc...! Hisce diebus per Florianum Müller
 curialem scribam nobis intimatum fuit, Senatum in animo habere novum admi-
 nistratorem pro nostra Carthusia instituire, et quia huic molestum foret, Patrem Leo-
 nardum necessariis alimentis providere, velle, ut eundem pro cura et sustentatione
 iterum ad nos reciperemus. Jam vero satis notum est et demonstratione non indiget
 quomodo P. T. Senatus sub pretextu donationis monasterii nostri possessionem sibi
 vindicaverit et regressum in idem sub ea tantum conditione, ut litteras sepe me-
 moratas reversales subscriberemus, concedere voluerit —, et quomodo nos id facere
 officio nostro prohibiti hucusque paucis a Senatu nobis administratis alimentis
 contenti esse debuerimus, et quomodo ad haec omnia Confratrem nostrum ex
 monasterio nunc iterum ad nos recipere cogamur. Utinam P. T. Senatores
 equitatis memores per restitutionem nostram tot precibus expetitam etiam ab
 onere ^{alimentationis} sustentationis se liberaissent! Quod si non fiat, mutare quidem non
 possumus, sed periculo futurae purgationis committimus, si ab quo omni culpa post
 tot miseras diutius adhuc, prout Deus voluerit, pati cogemur. Et quemadmodum
 hucusque in hoc pergravi negotio nil nisi officium Deo et Ordini nostro debitum,
 quantum humano licuerit modo, intenderimus et nihil quod in damnum nostri
 Ordinis cedere quodcumque modo possit, egerimus vel neglexerimus: ita etiam nunc
 eque nos obligatos profiteamur ad fortiter in concepta hac resolutione persistendum.
 Et P. T. Domini non in malam partem nobis interpretabuntur, si ex variis circumstantiis
 consideratis supradictos actus, uti creationem administratoris pro nostra Carthusia et
 exclusionem P. Leonardi suspectos et periculosos judicamus et si eam damus declarationem,
 nos omnia pro conservando iure nostro necessaria excipere et reservare nihilque quod
 vel tacite vel expresse huic contrarium esse possit, concedere vel probare. Insuper officialiter
 rogamus, ut benigne decernatur, ne in posterum similibus actibus in damnum nostrum
 vergentibus turbemur. P. T. Dominos etc... etc. Datum etc...

Ad pag. 190. n. 1.

Tranobili Domino etc... Dominationem Tuam precibus Deo comendamus nos ad
 obsequia paratissimi. Triennium jam elapsum est, quo sub prote^{ca}te^{ca} habita
 familiaris correspondencia e nostra Cartusia discedendum fuit, et frustra
 adhibitis querelis et sollicitationibus hucusque in domiciliis ad monasterium
 S. Mariae V. pertinente nobis comorandum est. Cum vero ex lege pacis facta
 Celatissimo Principe Saxonie Domino nostro benignissimo, Tranobili Dominationi
 ni Vestrae monasteriorum hujus civitatis cum omnibus pertinentiis resti-
 tutio demandata ac comissa fuerit, mandato ad hoc a superioribus nostris
 (a quibus solis dependemus) facto, omni solitudine appellationem resti-
 tutionem nostram concernentem ad Tranobilem Dominationem Vestram
 deponimus, humiliter deprecantes ut nobis (cum periculum in mora sit
 ob defectum debita sustentationis) terminus et dies pro hac causa beni-
 gnissime assignetur. Facto hac acceptatione nostro obligationis nostrae
 memores erimus, et D. T. Dei protectioni comendamus. etc. —

Datum 2. Sept. 1635. D. T. ad obsequia paratissimi.

Fr. Johannes Arnaldi Priori Carth.

Fr. Michael Dulcke, Pater Conversus Jacob Labell.

Ad pag. 191. n. 1 nobis iterum dicat, se non posse nos restituere, sed hoc
 a senatu nos postulare debere.

Ad pag. 192. n. 1.

Cum diu exoptatâ pace inter Romanam Cesariam Majestatem benignissimum Romanum nostrum et Silesiensem Saxoniam Principem Electorem jam compositâ decretum sit, ut quod a seicâ Regiâ Suedorum Majestate uni alterive statui subtractum fuerit, nunc iterum restituatur ac tradatur, cumque ipsi utroque Principis Electoris Saxoniam Consiliario legum pacis executio demandata sit: se in animo habere crastino die horâ 10.â duo monasteria hujus civitatis personis religiosis iterum tradere, adeoque etiam A. P. Priorem in Carthusiam reducere litterasque reversales reddere, .. quae omnia simul cum salutatione Patri Priori annuntientur, ut paratus sit ad acceptationem faciendam. Factâ autem per clavium et reversalium traditionem restitutione Monasteriorum de eâdem quam primum se S. S. Senatum certiorum futurum.

Ad hæc D. Jac. Junemann replicando respondit: „Percepisse nos, ad quem finem huc vocati fuerimus. P. P. Carthusiani ex suo monasterio expulsi desiderio magno pacis foedus prestolati eo majore cum gaudio pacis nuntium accipiunt simulque obligatos se sentiunt ad maximas Deo Omnipotenti et christianis potentatibus pro pace factâ gratias agendas. A. P. Priorem ad restitutionis acceptationem paratum fore, tamen ante omnia opus esse, ut monasterii sigillum et arbarium uno actu simul tradantur, porro ut detentor, qui fructus pendentes in carthusiæ porto sibi vindicat, removeatur atque ut ab omni deinceps invasione abstineat, hodie adhuc ordinatio edatur.”

Hic incidenter P. Michael mentionem fecit ablatae bibliothecæ — : ad quæ dominus Marschalk nullam declarationem dare voluit, sed hoc petatum pro accessorio habens dixit, hæc de re factâ restitutione agendum.

Ad pag. 193. (per sic dictum „AchtKnecht“)

Ad pag. 194. n. 1.

Cum ex mandato Dignissimi ac Sapientissimi Senatus presentibus dominis delegatis restitutio faciendâ hujus Carthusiæ commissâ sit: comparet in nomine R. P. Johannis Arnoldi, hujus domus legitimi Prioris (qui cogitandâ correptus nunc profens adesse prohibetur), P. Michael Dulcke eo fine et eâ intentione, ut hocce monasterium cum omnibus ad id pertinentibus infra et extra urbem, cum ecclesiâ, juribus et competentibus, privilegiis, legitimis preteritionibus, registris, libris, documentis, sigillis, clevis omnibusque mobilibus et in summâ cum omnibus iis, quæ monasterium anno 1631 tempore occupationis suevica jure possidebat, nullo remisso vel excluso —: accipiat et apprehendat persuasus, D. & S. Senatum ex suâ parte nihil, quod præscriptum est, in hac restitutione faciendâ, prætermitturum. In casu vero contrario sed insperato predictus P. Prior nomine sui Ordinis omnes legitimos conatus adhibebit usque ad plenam traditionem et satisfactionem obtinendam, simulque omnia reservanda sibi expresse reservat et nulli Ordinis juri vel minimum derogari permittet. sign. 1. Octobris ann. 1635.

Ad pag. 195. n. 1. Multum honorabilis ac docti Domine Notarie!

Cum in presenti restitutionis negotio summonere necessarium sit, ut omnia et singula hoc negotium concernentia, tum etiam presens status domus ejusque nunc constantia mobilia diligentissime adnotentur et conscribantur: ad hoc Dominum Notarium ratione sui officii requisitum volo, instanter rogans, ut specialiter scripto consignet, me ob Ordinis nostri jura tuenda scripta acceptationi ac reservationi hodie Senatus delegatis tradita semper intacta iterum iterumque eam replicasse, ne minimum vel consensisse vel cessasse, præsertim vero me facta a Senatu institutioni administratoris contradixisse. Quod si contrarium quid vel factum vel dictum vel interpretatum fuerit, contra hoc omni diligentia solemniter protestor. Sig. Erfordie 1. Octobris an. 1635.

Ad pag. 196. n. 1 Melchendorff

Ad pag. 197. n. 1 Kirchcimb

Ad pag. 198. n. 1. Mlt. n. 2. Mlt. n. 3. Mlt. n. 4. Wiedtstock

Ad pag. 199. n. 1. an dem harenbach

Ad pag. 200. n. 1. Dagoberstatt

Ad pag. 201. n. 1. [scorum, quae cum Reverendissimo Domino] Dominus libens etc
 = n. 2. [in domo nova Carthusiae venerunt 9. Aprilis an. 1638 clapsâ
 horâ 12.º postquam Vener. P. Prior ejusdem domus Johannes Arnoldi in Domino
 horâ 11.º dormierat]

Ad pag. 201. n. 3. Dominus Decanus B. Mariae Virginis: Venerabilis Domine!
